



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio communis super fruges & vineas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

bus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repul-  
fis aduersitatibus, portu semper optabili cur-  
suque tranquillo tuearis, transactisque ac re-  
cte perfectis negotiis omnibus, iterato tem-  
pore ad propria cum omni gaudio revocare  
digneris. *Qui vivis & regnas &c. Deinde asper-  
gat navem aquâ benedictâ.*

*Benedictio Terræ seminata.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Do-  
mini, &c.

Oremus.

**B**enedicat nos Deus, Deus noster, & ter-  
ræ nostræ ubertatem concedat; in cen-  
tuplum amplificet fructus ejus, ut viventes  
in exultatione manipulos nostros colliga-  
mus. Per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum filium tuum. *Resp.* Amen. *Deinde asper-  
get aquâ benedictâ.*

*Benedictio communis super Fruges  
& Vineas.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Do-  
mini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Do-  
mine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et cla-  
mor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vo-  
biscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.



## Oremus.

**O**Ramus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aëris & pluviae temperamento nutrire dignatus es, bene  $\dagger$  dictionis tuæ imbre profundas; & fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo, de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut, à fertilitate terræ, esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen. Aspergat illas aquâ benedictâ.*

## Benedictio Peregrinorum, ad loca sancta prodeuntium.

**P**eregrini, ad loca sancta profecturi, antequam discedant, juxta veteris Ecclesiæ institutum, deberent accipere patentes seu commendatitias litteras à suo Ordinario, seu Parocho. Quibus obtentis, & rebus suis dispositis, factâ peccatorum suorum confessione, & auditâ Missâ, in qua dicitur Oratio pro peregrinantibus, sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt. Expletâ Missâ, Sacerdos super eos, genuflexos, dicit sequentes preces:

*Antiph. In viam pacis. Benedictus Dominus Deus Israël, &c. ut supra. In fine, Gloria Patri.*